

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Relinquere ah cum uariis

Prima abrenunciatio rerum alienarum est, ideoque per se solam perfectionem renuncianti conferre non sufficit, nisi peruenerit ad secundam que uere abrenunciatio rerum nostrarum est. Quam adepti expulsionem omnium uiciorum; tercie igitur abrenunciationis fastigia conscendimus et ita demum illud supremum mereamur audire quod dicitur ad Abraham: Veni in terram quam tibi monstrauero quia perfecte renuncianti tribuitur ut terram repromissionis intrare mereatur.

Idem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

abrenunciatio] renuntiatio P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; rerum alienarum] alienarum rerum M; quam adepti expulsionem] quibus adeptis expulsio est P V<sup>1</sup>; tercię] tria P V<sup>1</sup>; igitur] quoque V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; conscendimus] conscendemus V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; illud] id M; supremum] summum P V<sup>1</sup>; monstrauero] demonstrauero P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; repromissionis] promissionis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; idem] ibidem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>, capitulo 10. *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>